Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

meu susceptor meus et liberator meus P ro
tector meus et in quo sperauit qui subdit populum
meum sub me Domine quid est homo quia innotuisti ei
aut filio hominis quia reputas eum Homo vani
tati similis factus est dies eius sicut umbra pertransiunt
Domine inclina celos tuos et descende tange mon
tes et fumigabunt Fulgura coruscacionis et dis
sipabis eos: emitte sagittas tuas et conturba
bis eos Emitte manum tuam de alto eripe me
et libera me de aquis multis et de manu fi
liorum alienorum Quorum os locutum est vanitate
et dextera eorum dextera iniquitatis Deus canticum
nouum cantabo tibi in psalterio decachordo ps
allam tibi Qui das salutem regibus qui redemis
ti dauid seruum tuum de gladio maligno eripe
me Et erue me de manu filiorum alienorum:
quorum os locutum est vanitate: et dextera eorum dextera
iniquitatis Quorum filii sicut nouelle plantacio
nes in iuuentute sua Filie eorum compositae: circum
ornate ut similitudo templi Promptuaria eorum
plena eructantia ex hoc in illud Oues eorum
fetose abundantes in egressibus suis: boues eorum
crassi Non est ruina maceriae neque transitus
neque clamor in plateis eorum Beatum dixerunt
populum cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius
an Benedictus dominus deus meus an Per singu
Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomi
tuo in seculum et in seculum seculi Per singulos
dies benedicam tibi et laudabo nomen tuum in seculum et
in seculum seculi Magnus dominus et laudabilis nimis